

V C
2455



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-21928-p0003-9

DFG

St. 27/10. 10





h. 27, 10
METRUM HEROICUM
In festivam nuptiarum solemnitatem,
ILLUSTRISSIMI CELSSISSIMIQUE
PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI AUGUSTI,

Ducis Saxoniae,Juliae, Cliviæ, Montium, Landgravii
Thuringiæ, Marchionis Misniæ, Burggravii Magdebur-
gensis, Comitis de Marca & Ravensburg, Domini
in Ravenstein &c. SPONSI:

Cum

ILLUSTRISSIMA PRINCIPISSA
AC DOMINA,

DOMINA ELISABETHA,

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSI-
MI POTENTISSIMI QUE PRINCIPIS AC DO-
MINI, Domini HEINRICI JP. LIL, Episcopi Halberstadiensis, Du-
cis Brunsvicensis & Lüneburgensis &c. filia
SPONS A:

Dresdæ, Calendis Januarii,
Anno MDCXII- celebratarum:
Fausti omnis & acclamationis ergò concinnatum &
decantatum

VVENCESLAO FEHRMANNO Dresdeni, Alumno Electoralis.
VVITTEBERGÆ.

Typis Johannis Gormanni.






CHRONODISTICHON

*Annum, à salutifera Christi nativitate,
Mensem item & Diem nuptiarum
exhibens.*

PrIMA refVLsIt VbI IanI
LVX, InCLytVs Heros
ConIVgII, AVgVstVS, pa-
Cta saCrata InIlt.



•S(:)S•



� ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥

NEC quoque nunc solito priscoque Iehova
recedit

More suo, sed adhuc, quem primà ab origine
vultum,

Induit in mortale genus, quam sàpè resumit.

Usque adeò densis iræ sua lumina nunquam

Offundi patitur tenebris, ut ab ore vicissim

Umbras dimoveat nunquam, faciemque se-
renet.

Dum ferit & secat & medio dum fervet in
igne

Ferrum, dum scelerum meritas cum sanguine
pœnas

Sumit adhuc, nostræ sortis miseratus acerbæ,

Absistit cepto cladesque in gaudia solvit.

Nonequidem levibus caput abdidit hactenus
umbris

Iova, DEI nec nos obscura exercuit ira;
Pendimus innumeras pœnas, luimusque ma-
lorum,

Ingen-

Ingentes clades, plagas & verbera seva.
Non jam non referam, ut manifesta pericula
Martis

Nos circum circa steterint, famis utque tre-
menda

Horrida vis nostros fuerit grassata per agros:
Vidimus ut Libitina ferox, adjussa Tonantis,
Se vixit & fremuit media inter millia victrix.
Illa Duce m nobis, quo sospite patria tellus
Salva stetit, viguere thorius templumque fo-
rumque;

Insignem pietate Duce, candore fideque
Eximum Heroam, quem secula sera nepo-
tum,

Si qua futura, canent, etas quem nulla si-
lebit

Unquam, prostravit; miserum tunc Vulgus
& omnem,

Pestiferis telis crudeli tabe' perunctis,
Miscuit & fudit nullo discrimine turbam.
Res miseranda equidem, quia nil nisi terror
& angor,

Signaque non dubia mortis, certaque ruine,
Exi-

Exitique gravis nos exagitavit imago
Verum dum lacrymis mediis medioque dolori
Indulgemus adhuc, tepido dum sanguine vul-
nus

Deflemus stagnans, dum maximus angor &
horror

Ob grave supplicium & sacra numina lafa
Jehovae;

Ipse Deus nebulas ira propellit, & ultrò
Pristinam in immeritos nos mentem animum-
que resumit:

Sidera tristitia removet, solemque reducit
Latitia, fatisque bonis mala fati rependit.
Pro Duce sublato nobis Rectore que fido,
Ipse alium, nulli pietate fideque secundum,
Substituit: fratrem fratri succedere habenis
Imperii dedit, & solio sceptroque potiri:
Sub quo nunc iterum res Saxona, quassatu-
multu

Multiplici, sedata viget latatur ovatque;
Quem nobis pietate Ducem quem numina sal-
vum

Conseruent, ipsique Pylli dent vivere vitam.
Mors quoque ne ulterius tragicis has cædibus
oras

Infestet, ipsi calamos celeresque sagittas
Pestiferumque arcum rapuit fregitq; deditque
Libertate iterum priscâ cum pace fruisci.
Sic nova nunc etiam rutilo producit olympo
Gaudia; grata gravis nostra medicamina
sortis:

Dum Tibi connubjo, Dux AUGUSTISSIME,
sponsam,

Brunswigico illustrinatam de sanguine; Nr M-
PHAM

Corpore non minus & forma facieq; venusta,
Quam pietate DEAM; quam probitate fideq;
Eximia & variis virtutibus atherapulsat,
ELISAM, stabili propriam Sociatq; dicatq;
Omnes ut tecum fatis felicibus annos
Exigat, & lepida faciat Te prole parentem,
Cuius in auspicio cum nunc, celsissime Princeps
Inclita Saxoniæ gens omnis; & Incolæ terræ
Misnidos, & quotquot Thuringia cōtinet uda,
Tristitia solitâ missâ lacrymisq; relictis,

Læten-

Latentur, votisq; piis atq; omnia fausto
Acclament tædis vestris, facilesq; Hymenæos
Vobis optantes, faciant modulamine Sylvæ
Omnes dulcisonoreboent vallesq; resultent;
Plausus & aetherei feriat cava sidera tractus:
Ipse ego, ne reliquos inter postremus, at una,
Quantam cum tacitū pertentent gaudia pecto,
Tester, & his mea vota simul conjungo, precorq;
Desuper ex alto thalamis, ut maximus orbis
Indomiti domitor, vestris benedicat, & illinc
Det veniāt vobis plures, qui sari guine vestrum
Saxonicæq; Domus, longis insignis ab annis,
Nomen in astra ferant, quorumque à stirpe ne-
potes

Omnia sub pedibus, quem maximus orbis & altus
Continet Oceanus, teneantque regantque pre-
mantque.

Ambrosio succo saturet vos, vosque supernæ
Rore poli sapido potet; faciatque quiete
Concordes salvi que ambo sine crimine vestram
Nestoreos vitam vos extendatis ad annos.

F I N I S.

mc



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-21928-p0014-0

DFG

16.14.00.00

nc

ULB Halle

004 778 294

3



f

107





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-21928-p0017-7

DFG

d. 27, 10

ILLUST^m

DOMI

Ducis Saxoniam

Thuringiæ, N
gensis, Co

ILLU

DOMI


REVER
MI POTEN

MINI, Domini

cis E

Fausti omni

VVENCESLA



QUE

ISTI,

Landgravii
Magdebur-
Domini

ISSA

THA,

STRISSI-
IS AC DO-
diensis, Du-
i

tum &

no Electorali.